115. Tract: 1. De Deo ut Uno. Disp. 5.

creatis tanquam obiectis, et ab illis dependeat quantum ad certitudinem, et veritatem.

Dico 4tum. Non datur in Deo potentia exequutiva ab intellectu et voluntate virtualiter distincta, nec est immediate voluntas, sed ipse intellectus practicus ut motus, et applicatus à voluntate. Ita Thomistae contra R.R.

*Scientia practica Dei est effectiva, et causa creaturarum, postulans tamen voluntatis applicationem. Scientia vero visionis est quantum se speculativa, ut supra videbis.*

Probatur 1a pars, videlicet quod non detur in Deo potentia exequutiva ab intellectu, et voluntate virtualiter distincta. Primo ex S. Thoma 1. p. q. 25. a. 1. in 4ta

Lect. 17. solutione contra argumentum, ubi dicit scientia et voluntas divina secundum quod est principium effectivum, habet rationem potentiae. Quod probo. Probatur ratione, si daretur in Deo potentia exequutiva virtualiter ab intellectu, et voluntate distincta, sequeretur, quod Deus non esset simplicissimus, et natura pure intellectualis, consequens est absurdum, quod etiam adversarii concedunt.

Sequela probatur, tunc Deus non esset simplicissimus, et incomparè intellectualis, quia in eo admitteretur alia potentia, quae non pertinet ad gradum intellectivum. Sed si daretur in Deo potentia exequutiva virtualiter ab intellectu et voluntate distincta,

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG

© Universitätsbibliothek Heidelberg
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/salVIII6_1/0130

gefördert durch Baden-Württemberg